



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

22. Decisio Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Carrillo, in causa Lucana  
Suffragiorum. Lunae 7. Aprilis 1642.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

nem. Ab his appellavit Palmotta introduxit causam appellationis coram A. C. à quo per sententiam obtinuit declarari, electionem Draghi, & institutionem esse inualidam, electionem verò de eo factam esse validam, sibi que debentur dictam dignitatem; A qua sententia interposita appellatione, pretendens Palmotta, gesta post eius electionem esse attentata, & ideo esse apponendum sequestrem, obtinuit in Rota iuxta petita responderi pro appositione sequestri. Quia quando possessio est vitiosa, & attentata, ut citius lites finiantur Rota passim in Beneficialibus solet apponere sequestrem. *Castad. dec. 3. n. 6. de rest. spoliar. Caputaq. dec. 1. 7. part. 3. Rota dec. 1370. inter impressas divers. part. 3. & dec. 658. n. 10. part. 1. recentior.*

2. Quod autem possessio capta per Dragum sit vitiosa & attentata, satis patet, quia illa fuit capta, postquam Palmotta iam electus appellavit, à noua electione quam Capitulum facere intendebat, & illa deinde facta, ab illa iterum appellavit, & nihilominus Capitulum post dictam primam appellationem elegit Dragum, & vltorius post aliam appellationem ab electione Draghi, ipsum etiam mandauit presentari Archiepiscopo, qui illum instituit, & in possessionem immisit. Vnde talis possessio videtur attentata uti capta post appellationem, quæ licet extrajudicialis operatur, ut omnia, quæ sunt contra, & post appellationem subiacent vitio attentatorum ad text. in c. cum nobis de elect. vbi Innoc. n. 2. Butt. n. 23. Imol. n. 8. Ioann. Andr. n. 12. Abb. n. 7. qui & hoc idem firmat in c. bona mem. n. 10. vers. duodecima differentia de appellat. vbi Dec. n. 34. & Franc. n. 29. & segg. Lancell. de arrent. lit. pend. c. 12. p. 2. limit. 3. n. 6. & segg. alios cumulat bon. mem. *Burrat. dec. 859. n. 1. & 5. vbi quod appellatio extrajudicialis non causat attentata, nisi possessio capta fuerit contra, & post appellationem, & fuit dictum in Mileuitana Mareficialibus 10. Dec. 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & prius idem censuit Rota in Vrgell. Archidiaconatus 24. Novembris 1581. coram Gifso, coram quo Rota censuit possessionem apprehensam post interpositam appellationem extrajudicialem esse attentatam, ideo ex officio Iudicis sequestrandam iuxta hylum Rota ex ibi allegatis, ut in copia data atque ideo possessio capta à nouo electo est sequestranda iuxta decisiones supra allegatas.*

3. Vltorius censuerunt DD. iustificari causam appellationis interpositæ per Palmottam, tum quia licet electus in paritate votorum, quæ regulariter non faciet electionem, c. Ecclesia vestra, c. in Genesi de elect. cum aliis allegatis in Ampilonem, de Roncissualles coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Tolerana Canoniciatus nuperimè resoluta coram R. P. D. Cerro. tamen quia alia mediata eligentium elegit scienter inhabilem ob defectum ætatis, Palmotta fuit canonicè electus, cum vota eligentium inhabilem non computentur, & ius eligendi fuerit consolidatum, in aliis electoribus, qui Palmottam elegerunt. Nam quotiescumque eligentes eligunt scienter (prout hic) personam incapacem, ius eligendi remanet penes alios, qui non concurrunt in electione incapacis, etiam si sint in numero pauciores de postulat. Prælat. c. bon. mem. il primo. cap. cum in curia, & cap. cum Viro ienst. & c. dudum in primo de elect. gloss. in c. si foris 66. dist. 8. Abb. in cap. cum in iure in fine de elect. quod procedit etiam si ius eligendi remaneat penes vnum dumtaxat, & ratio est, quia pena eligentium incapacem, non debet afficere innocentem, cap. quæsiuit de his, quæ sunt à maior. v. Capit. Barbol. de iur. Ecclesiast. cap. 19. n. 86. ita censuit Rota in Leonien. Abbatissarus 4. Iulij 1642. coram me tum quia Palmotta in omnibus Capitulis asserens dignitatem sibi debentem accessit suæ electioni, quod in paritate votorum facere potuit, adeo ut dicatur, maiorem nume-

rum votorum habuisse, ut non poterit deueniri ad nouam electionem, Abb. in Conf. 25. n. 2. circa fin. vers. hic norantur libri, & in c. cum in iure n. 8. vers. nam. & compromissorij de elect. Paril. de resign. lib. 9. quest. 17. n. 108. Franc. Marc. dec. 931. bon. mem. *Burat. dec. 113. n. 4. & stante iustitia appellationis interpositæ à noua electione quàm Capitulares facere tentarunt ratione talis appellationis, attentata deinde fuit noua electio cum omnibus inde sequentibus tanquam directè contrariis appellationi.*

Et ita pro appositione sequestri fuit resolutum, Dec.

## D E C I S I O XXII.

Sacra Rotæ Romanæ coram R. P. D. Carillo.

In causa Lucana Suffragiorum.

Luna 7. Aprilis 1642.

§. 1. **I**N Castro, Camaioris Lucen. Dioc. extat Ecclesia collegiata cuius Clerus constat quindecim personis nempe Priore, octo Canonicis, & sex Capellanis; qui omnes vocem habent in Capitulo. Cum autem de anno 1638. varia suborta fuissent controuersie inter dd. Canonicos, & Capellanos Ordinarius sententiam protulit, in qua inter cætera mandauit, ut in posterum l. partit. che si porporanno in Capitulo non s'intendano vini se non per li due terzi de voti, come si costuma dal Capitulo della nostra Cathedrale, & dalle collegiata della Città ab hac sententia Canonici appellarunt, & causam appellationis committi obtinuerunt Ordinario Pisarum, hincque super incidenti interposita per Capellanos appellatione, & causa ad Rotam deuoluta, dubitari an suffragia votorum suff. iant pro maiori parte, & affirmatiue fuit responsum.

2. Quia clara est iuris regula, quod id, quod fit à maiori parte Capituli, dicatur à toto Capitulo factum, ut textus in c. 1. de his, quæ sunt à maior. part. Capit. ibique DD. communiter l. quod maior. ff. ad municip. Ioan. Andr. in c. quod omnes num. 8. & segg. de reg. iur. Abb. in conf. 57. num. 1. lib. 4. Castad. dec. 2. num. 2. de iure part.

3. Quod eò magis venit dicendum in presenti, vbi apparet ita fuisse seruatum ab anno 1579. citrà in resolutionibus capitularibus extractis ex libro ipsius Capituli *Ann. Canonicorum n. 2.* qui quidem liber, uti retentus ab officiali deputato per Capitulum sine dubio probat inter ipsos Capitulares, Ancharan. l. un. q. 60. n. 6. lib. 1. *Genua de seruitura priuata, lib. 1. ii. liber. Capit. alicuius Eccles. fil. 20.* Vnde resultat etiam longæua obseruantia, cum tamen, ex quo sumus in materia iuris conformi, non quadragenaria requiretur sed decennalis sufficeret iuxta. Gloss. in verb. consuetudo in c. fin. de consuetud. in c. Felin. in c. statumimus n. c. de maiorib. & obed. & tradunt communiter Canonistæ in c. fin. de constit. Rot. coram Cavaler. dec. 107. n. 2.

4. Nec obstat, quod aliquando in dd. resolutionibus interuenerint duæ tertiæ partes Capituli, quia in maiori parte inest minor. l. 1. §. si stipulanti ff. de verb. oblig. l. 3. ver. si quia plus ff. de adim. legat. l. qui concubinam §. 1. ff. de legat. 3. Ad docendum autem, quod duæ tertiæ partes requirantur, opus esset probare quod resolutiones Capitulares factas cum minori numero votorum fuerint irritæ, nam aliàs actus remanent æquiuoci, cum forsitan casus tulerint ut duæ tertiæ partes conuenerint, & per consequens inde desumi nequit probatio contrariæ consuetudinis, Arcet. conf. 115. num. 3. c. in presentia, & ibi Dec. n. 58. de probationib. Rot. dec. 240. n. 2. & dec. 394. num. 6. p. 2. *diuers. & coram Burat. dec. 464. n. 6.*

5. Et hinc patet non aduersari prædictam sententiam, seu potius statutum Episcopi; quia ipse non potest statuire contra consuetudinem legitime præscriptam sicut non potest contra ius, nam consuetudo patrem vim habet cum lege. *l. de quibus ff. de legib. §. ex non scripto Instit. de iur. natur. c. consuetudo dist. 1. cum aliis quos ad hunc propositum allegat Barbof. in tr. de offi. & potest. Episcopi in alleg. 93. n. 3.*

6. Minus releuat consuetudo Ecclesiæ Cathedralis, de qua fit mentio in dicta sententia, seu statuto Episcopi, quia, ultra quod non probatur, adhuc probata non suffragaretur stante supradicta particulari consuetudine loci controuersi, quæ est seruanda *Glof. in c. super eo verb. vicini in fin. de censib. Paris. conf. 25. num. 41. & 42. lib. 4. Aym. conf. 208. n. 14. Rot. coram Caualer. dec. 95. n. 2. & 3. & debet præferri consuetudini generali, Rot. dec. 189. n. 9. p. 5. recent. ubi allegantur concordantes.*

Et ita decisum vna tantum parte informante, altera sape sapius citata, diuque expectata, & informare non curante.

## DECISIO XXIII.

Sacra Rotæ Romanæ coram R. P. D. Roias.

In causa Lucien. Quartæ.

Veneris 27. Iunii 1642.

§. 1. **C**ontra Archiepiscopos, & Presbyteros Terræ Liquilarum tantum informantes fuit hodie resolutum non constare de bono iure Ecclesiæ Parochialis dictæ terræ pro consequenda quarta funerali, ab Ecclesiâ Fratrum Reformatorum Sancti Francisci de Obseruantia eiusdem loci, quamuis de iure communi ista quarta spectet ad Episcopum, vel Parochos, vt in *Clem. dudum §. verum ne Parochiales Ecclesiæ de sepult. Stantibus tamen amplissimis Priuilegijs, ac exemptionibus antiquissimis per Summos Pontifices Religioni Franciscanæ, in quibus expressè eximuntur à solutione cuiuscumque quartæ funeralis illa non debetur, vt in Constit. 4. Clem. IV. Bullar. Constit. 6. Sixti IV. p. 1. Constit. 11. sanct. mem. Pij V. Bullar. p. 2. necnon Breue Iulij III. cum derogatione expressa d. Clem. dudum vti Constitutionis conciliaris, prout requiritur, Rot. dec. 112. p. 1. diuers. Caualer. qui plures cumulat dec. 101. num. in d. Bulla Sixti IV. §. & dudum Viennensi Concilio. Syll. in sum. verbo canonica portio n. 8. Lælius Zecchius de Republica Eccl. in tit. de Parocho c. 28. num. 18. vers. 8. si quis per priuilegium & in puncto dixit Rot. in Ispalen. quarta funeralium 4. Iulij 1590. coram bon. mem. Card. Pamphilio. & in alia Lucien. quarta funeralis 25. Iannarij 1618. coram bon. mem. Coccino, cum bene per priuilegium Papæ Religio possit à solutione cuiuscumque quartæ funeralis eximi, vt in præsentibus priuilegijs 3. dist. c. officij de test. Lauror. var. lucubrat. in tit. de pris. & recent. sum. tit. 2. c. 17. n. 28. & in d. Lucien. quarta dixit Rot. coram bon. mem. Coccino, quæ priuilegia expressè derogant d. Clementinæ, & sunt munita clausula sublata, & decreto irritanti quæ claudunt os parti, & ligant manus iudicis aliter iudicandi Bart. in l. fin. n. 1. od. de canon. frum. Verb. Rom. lib. 11. Gonz. super reg. 8. glof. 66. n. 3. cum seqq. Put. dec. 48. n. 6. p. 1. Caputaq. dec. 134. n. 4. p. 3. Rot. in recent. dec. 77. n. 9. p. 5. Caualer. dec. 430. n. 1.*

2. Nec obstat quod in limine foundationis Monasterij sequitur de anno 1613. fuerit conuentum, vt Fratres soluerent quartam funeralium, quod potuisse fieri videtur esse de merore Rotæ coram Caualer. dec. 101. in fine, quia in præsentibus talis conuentio non probatur, cum te-

stes ad eam probandam adducti fuerint examinati licet pendente in Rotâ abique litteris renouatorijs, & abique vlla iurisdictione, nullum propterea gradum probationis constituunt *Mantic. dec. 199. n. 1. Rot. p. 1. rec. dec. 570. n. 3. Caualer. dec. 40. n. 1. & dec. 159. n. 10. post Moder. Perusin. de manur. Præsertim dum dictæ litteris pendencia fuit in partibus pluries protractum, Rot. dec. 570. p. 1. rec. n. 3. in fin.*

3. Minus obstat attestatio Episcopi data circa transactionem, ac reservationem quartæ funeralis, quia tali attestations non venit standum, cum non sit iurata nec fuerint citati iuris, de quorum interesse agitur, *Menoch. conf. 322. n. 45. vers. quorum agitur interesse Aldou. conf. 75. n. 28. licet etiam à Cardinali add. ad Greg. XV. dec. 214. sub littera B. præsertim quia dicta fides videtur tendere in fauorem ipsius Episcopi, Rot. dec. 583. n. 3. p. 4. diuers. & dec. 13. n. 4. p. 1. rec.*

4. In omnem causam dicti Fratres non poterunt præiudicare successoribus, aut Monasterio, nec renouari priuilegijs toti Ordini concessis *c. cum accessisset vbi dec. col. penult. vers. secunda prædicta concl. & num. 18. de const. Valenz. conf. 43. n. 84. cum seq. lib. 1. Rot. in de Ispalen. quarta funeralium 4. Iulij 1590. coram bon. mem. Card. Pamphilio. & in Treueren. bonorum 15. Martij 1621. coram bon. mem. Dunozet.*

4. Et demum dicebant Domini pro Fratribus Franciscanis emanasse quamplures resolutiones Concilij Tridentini, in quibus expressè firmatur fratres esse exemptos à quacumque quarta funerali stante priuilegio Iulij III. in omnibus Monasterijs constitutis post annos 40. vel quæ in dies edificantur, nec illa comprehendendi in Concilio Tridentino sess. 25. de reform. c. 3. vt refert Fr. Ioannes de la Cruz de statu Relig. lib. 2. c. 19. sub. 5. concl. 2. in fin. quas Sacri Concilij declarationes hoc nostrum Tribunal reuenter amplectitur, & sequitur, vt per Garz. de benef. in præf. circa med. vers. & ita Burati. dec. 479. n. 3.

6. Quod verò Conuentus de quo agitur fuerit edificatus ab annis 40. citra, ultra quod non controuertitur, redditur manifestum tam ex licentia Ordinarij concessa de anno 1613. quam etiam ex publica attestations Vniuersitatis, ac etiam ex testibus ex aduerso examinatis,

## DECISIO XXIV.

Sacra Rotæ Romanæ coram R. P. D. Querp.

In causa Elnen. Iurium Parochialium.

Veneris 6. Iunii 1631.

§. 1. **P**arochus Cocolibri Elnen. Diocesis vrbigæ hæredes, & executores Testamentarios eorum, qui in Monasterio Prædicatorum eiusdem loci sepulturam elegerunt, ad celebrandum Nouennarium, & Caput anni in Ecclesiâ Parochiali postquam in dicto Monasterio Prædicatorum celebratum existerat, fuerunt orta controuersia, & causa ad Rotam delibata, & mihi commissa, propositi Dubij: An Parochus liceat cogere hæredes, seu executores Testamentariorum defunctorum, qui sepeliuntur in Ecclesiâ Fratrum, ad celebrari faciendum in Ecclesiâ Parochiali Diuina Officia Nouennalia, seu Capodanno, quæ iam in Ecclesiâ Fratrum fuerant celebrata, & Dominis visum fuit ad Parochum non licere, quia iure communi, quo libera culleber sepulturæ electio remissa est, dicitur quartam Canonica Parochus referatur capite 1. cap. is quis, cap. 10. nostræ. cap. certificari. cap. cum iur. de sepult. quæ non generaliter, sed cū restrictione de qua in c. 201. de test. competeat, quæuis per text. in *Clem. dudum. de sepult. fuerit ampliata, visum tamè, & consuetudine generali ad quartam*